1667

In Dei Nomine Noverint Universi Os. Ego Montserratus Cadevall traginerius civis minorise Gratis et ex certa scientia per me et omnes heredes et successores meos quoscunque vendo et ex causa
huiusmodi venditionis concedo vobis venerabilis Joanni Cadevall presbitero fratrimeo ut beneficiato beneficii sub invocatione sancti Nicolai in ecclesia minorise et in capella eiusdem invocationis instituti et fundati per Nicolaum de Puig tapiatorem
civem minorise de qua institutione et fundatione dicti beneficii constat ultimo testamento eiusdem Nicolai de Puig minorise firmati die decima mensis maii anno a nativitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio et in libro
testamentorum sub numero nono in scribania publica reconditi et bene custoditi Large notati et de provisione dicti beneficii constat quibusdam patentibus pergameneis literis renunciationis in vestri favorem factis per egidium
vitrolii ultimum eius possessorem quarum data fuit Rome anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo sexto indictione quarta die vero vigesima nona maii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Pauli divina providen-
cia pape tercii anno duodecimo et de collatione et investitura ipsius beneficii etiam constat aliis quibusdam patentibus plumbeis pergameneis literis cum cordonibus rubei coloris impendentibus munitis subdatis Rome apud sanctum Marcum
sexto Idus maii anno duodecimo presenti et vestris et in dicto beneficio successoribus Totum illud censuale mortuum pretium scilicet et pensiones debendas pensionis annue ducentorum solidorum et pretii seu proprietatis ducentarum librarum quod
nisi faciunt et constant ac facere et prestare tenentur honorabilis Anthonius Maris chirurgicus civis minorise quolibet anno prima mensis augusti in quo quidem censuali mortuo intervenerunt fideiussorio nomine obligati honorabiles
Franciscus Puig apothecarius Franciscus Partusa Joannes Prat hostalerius Arnaldus Pici faber ferrarius Salvator Gibert parator Joannes Puig et Gaspar Plandessaria carnicerii cives minorise et quemlibet eorum in solidum
una cum speciali obligatione quarundam domorum sitarum in dicta civitate minorise in vico quo itur a platea Galcerandi Andreu ad portale de Mossenbosch ut de venditione et creatione dicti censualis mortui constat instrumento
recepto minorise per discretum Anthonium Ludovicum Avellaneda quondam notarium publicum pro Rdo domino preposito minorise die nona mensis julii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto ementi nomine et
ad opus dicti beneficii et de pecuniis processis ex luycione et redemptione illius censualis mortui pretii trecentarum librarum et pensionis annue trecentorum solidorum ut ius bollatini civitatis minorise annuatim ascendebat et
descendebat quod vos ut beneficiatus predicti beneficii habebatis et recipiebatis super civitatem seu verius super iure bollatini minorise Quod quidem censuale mortuum proxime designatum fuit creatum et venditum per Franciscum
de Palacio tam nomine suo proprio quam etiam ut sindicum universitatis dicte civitatis minorise dicto Nicolao de Puig ut constat instrumento in scribania publica minorise recepto die decima novembris anno a nativitate domini
millesimo trecentesimo octuagesimo sexto. Et de luycione et quitamento illius per honorabilem Franciscum Dalmau et Franciscum Puig cives minorise ut sindicos et procuratores una cum aliis et in solidum dicte civitatis minorise vobis ut
beneficiato predicto factis constat cum apoche et diffinitionis instrumento apud notarium infrascriptum recepti et per vos nomine predicto firmati die duodecimo infrascriptorum mensis et anni et etiam agentes de et cum auctoritate et decreto Rdi
et Rmi domini vicarii episcopi seu sui in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis seu alterius persone de suis potestatem habentis et etiam de consensu et voluntate Rdi Petri Arrigo canonici et venerabilis Jeronimi Foller ferrarii
presbiteri in ecclesia minorise beneficii Nicolai Torres et Thonerii una cum alio tunc absente ut administratis confratris sancti Nicolai in capella eiusdem ecclesie instituti et eo nomine pro dicti beneficii in servis consentiens et per
tinet et spectat ad me dictum censuale mortuum quod vobis dicto nomine vendo titulo donationis pure perfecte simplicis et irrevocabilis que dicitur inter vivos per vos nisi factis apud notarium infrascriptum die duodecima iunii
proxime lapsi ad vos autem pertinebat et spectabat ut laycam et privatam personam titulo nove creationis per dictis maris vobis ut layce et private persone factis apud dictum discretum Anthonium Ludovicum Avellaneda notarium
supra calendas et aliis meis certis iustis et legitimis titulis atque causis. Est tamen sciendum quod dictum censuale mortuum quod vobis dicto nomine vendo est subiectum et submissum instrumento gratie recipiendi quod vos
dicto nomine et in dicto beneficio successores sequi et servare habeatis et teneamini Et in casu luycionis pretium eiusdem deponatur et deponi habeat in tabula cambii sive depositorum civitatis barcinone seu in posse depositarii civitatis
minorise et inde levari nequeat nisi pro mercio seu mercibus faciendis in loco tuto et securo ad cognitionem patronum dicti beneficii ad opus ipsius et sic sequi habeat quoties evenerit casus luycionis Hanc autem venditionem
et ex causa huiusmodi venditionis concessionem facio ego dictus Montserratus Cadevall vobis dicto beneficiato et in dicto beneficio successoribus pro predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestri dicto nomine vestrorumque salvamentum sanum et bonum
etiam intellectum Et extraho predicta que vobis dicto nomine vendo de iure posse et dominio mei et meorum eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius dominium et posse mitto et transfero irrevocabiliter pleno iure ad habendum tenendum
omni tempore pro pacifice possidendum et in de vestras vestrorumque voluntates libere perpetuo faciendum sine obstaculo contradictione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscunque curie et persone promittens vobis dicto nomine
tradere vobis et in dicto beneficio successoribus et quibus volueritis loco et nomine vestri possessionem corporalem seu quasi predictorum que vobis dicto nomine vendo. Et in ea faciam vos et in dicto beneficio successores existere perpetuo pociores
preceteris quibuscunque vel vos aut vestri in dicto beneficio successores possitis dictam possessionem corporalem seu quasi quandocunque volueritis libere apprehendere et apprehensam penes vos et vestros dicto nomine prechario nomine possidere
donec dictam possessionem vobis tradidero vel vos aut vestri eam apprehenderitis ut est dictum fateor et constituo me predicta que vobis vendo pro vobis et in dicto beneficio successoribus vestrorumque dicto nomine prechario nomine possidere
sciens illum de iure possidere cuius nomine possidetur Preterea ex causa huiusmodi venditionis et alias eis videlicet melioribus via modo et forma quibus melius de iure fieri valeat et tenere docendo et mando vobis dicto nomine omnia iura
omnesque actiones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extraordinarias et alias etiam quascunque nisi competentia et competentes competere debentes et debentes in predictis que vobis vendo contra
cunctas personas in dicto censuali mortuo tentas et obligatas et aliis quibuscunque bonis et rebus ratione et occasione eorundem quibus iuribus et actionibus suppradictis possitis vos et vestri dicto nomine et quos volueritis in dicto
beneficio successoribus uti agere et experiri agendo scilicet respondendo defendendo excipiendo proponendo et replicando et predictum censuale mortuum seu pensiones eiusdem quod vobis dicto nomine et in dicto beneficio successoribus vendo annis
singulis suo termino petendo exigendo recipiendo recuperando et habendo et inde exequutiones quascunque faciendo seu fieri faciendo instando et requirendo et apochas fines et diffinitiones faciendo et firmando et omnia alia et
singula faciendo et libere exercendo in iudicio et extra iudicium quecunque et quemadmodum ego facere poteram ante presentem venditionem iuriumque et actionum cessionem et possessionem nunc et etiam postea quandocunque. Ego enim facio et
constituo vos dicto nomine et in dicto beneficio successores in iis dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum inde de predictis vestro libitum voluntatis Dicens nisi lo minus et intimans tenore presentis publici instrumenti
vicarii plenitudine in hac parte insegerentia dicto Anthonio Maris ut principali et fideiussoribus in dicto censuali nominatis et aliis quibusvis personis ad solutionem dicti censualis mortui tentis et obligatis quibuscunque presenti
instrumento predicta notifico quatenus de predicto censuali mortuo videlicet de pensionibus de cetero debendis et aliis accessoriis dicti censualis mortui vobis dicto nomine et in dicto beneficio successoribus respondeant pariant et
obediant ac solvant et satisfaciant sicut nisi respondere parere et obedire ac solvere et satisfacere tenerentur huiusmodi venditione iuriumque et actionum cessione minime facta alio mandato seu intimatione a me vel eis minime
spectatis et pretium dicti censualis in casu luycionis eiusdem deponatur in tabula cambii sive depositorum civitatis barcinone seu in posse depositarii civitatis minorise vobis et in dicto beneficio successoribus prius intimatis et ibi
levari nequeat nisi pro mercio seu mercibus in loco tuto et securo faciendis ad cognitionem patronum dicti beneficii et sic sequi habeat quoties evenerit casus luycionis dicti censualis ad opus dicti beneficii et in dicto beneficio successoribus
Pretium vero predicti censualis mortui quod vobis dicto nomine et in dicto beneficio successoribus vendo est Ducentum libre monete barcinone Et ideo renunciando exceptioni pecunie predicte non numerate non habite et non recepte et
dolo mali actionique in factum et omni alii iuri rationi et consuetudini contrahendi repugnantibus quovismodo Dono scienter et remitto vobis dicto nomine et in dicto beneficio successoribus quod predicta que vobis dicto nomine vendo faciam vos et vestros et quos volueritis habere
vendo plus modo valet aut amodo valebit pretio suppradicto insuper convenio et bona fide promitto vobis dicto nomine et in dicto beneficio successoribus quod predicta que vobis dicto nomine vendo faciam vos et vestros et quos volueritis habere
tenere percipere et possidere in sana pace perpetuo contra cunctas personas quasque tenebor vobis et vestris semper defirmare et legali cautione in casu quo scilicet ipsa cautio sequatur pro factis falsis negociis contractibus debitis
et obligationibus meis propriis et etiam opere vel pro non iure mei et meorum et etiam in defectu bonorum obligatorum in dicto censuali mortuo et non alias Itaque si forsan aliqua persona seu aliqua persona facere [illegible] proponerent
vel moverent contra vos vel vestros aliquo tempore actionem aliquam questionem petitionem vel demandam litem vel controversiam de iure vel de facto in iudicio vel extra iudicium in predictis que vobis vendo [illegible] vel aliquo pre-
dictorum aut ratione vel occasione ipsorum pro factis seu contractibus culpis aut negociis meis propriis et etiam in defectu bonorum obligatorum in dicto censuali mortuo convenio et promitto vobis incontinenti cum inde a vobis
et in dicto beneficio successoribus fuero requisitus opponam me defensioni vestre dicto nomine et vestrorum in dicto beneficio successorum et respondebo et satisfaciam pro vobis et vestris in dicto beneficio successoribus cuilibet inde querelanti et quod in
principio litis seu litium suscipiam in meonis litigii et agam et ducam causam seu causas meis propriis missionibus sumptibus et expensis a principio videlicet litis usque ad sui finem vel vos aut vestri voluerit possitis et valeat
ipsas causas seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in electione vestri et vestrorum Ego enim remitto vobis et vestris in dicto beneficio successoribus ex pacto necessitatem denunciandi appellandi supplicandi et conquerendi et si vos vel
vestri in dicto beneficio successores elegeritis ipsas causas seu causas agere et ducere per vos ipsos convenio et promitto vobis dicto nomine quod dabo vobis et vestris ad vestram et eorum voluntatem indilate omnes et singulas missiones et expensas
circa litem et extra sient et quidquid et quantum a vobis vel vestris eiusdem fuerit de predictis simul cum omni damno et interesse que vos et vestri dicto nomine feceritis et sustinueritis quo quomodo pro predictis sive obtineatis in causa
seu causis sive etiam subcumbatis in eisdem et quod super predictis omnibus et singulis servabo vos et vestros penitus et perpetuo indempnes ac sine damno. Super quibus quidem missionibus sumptibus expensis dampnis et interesse
credatur vobis et vestris in dicto beneficio successoribus vestro et eorum plano et simplici verbo vel saltem solo simplici iuramento quod vobis et in dicto beneficio successoribus omnia et singula bona mea mobilia et immobilia habita ubique et habenda
probationum genere requisito et pressis complendis et firmiter attendendis tenendis et inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris in dicto beneficio successoribus omnia et singula bona mea mobilia et immobilia habita ubique et habenda
etiam quovismodo et iure privilegiata et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuro in animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta
predicta omnia et singula attendere et complere tenere et inviolabiliter observare et in nullo contrafacere vel venire iure aliquo causa vel etiam ratione Hec igitur omnia et singula que et pro ut dicta sunt supra et promissa facio
pacisco convenio et bona fide promitto vobis dicto nomine nec non notario etiam infrascripto ut publice persone pro vobis dicto nomine et aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et interesse recipienti et paciscenti ac etiam
legitime stipulanti Actum est hoc in minorise die decima nona mensis julii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo Rdi Petri Arrigo canonici et Nicolai Torres pater predictus qui predictis tanquam de voluntate nostra dictis nominibus factis
bus honorabilis Bernardo Rovira alta mercatore et Thoma Scade Manyano civibus minorise Rdi Petri Arrigo canonici et Nicolai Torres pater predictus qui predictis tanquam de voluntate nostra dictis nominibus factis
consentimus laudamus et firmamus minorise die vigesima tertia mensis augusti anno predicti presentibus testibus honorabilis Jacobo Navarro chirurgico et Michaele Serra mallera causidico

Signum Hieronymi Jutglar presbiteri in sacra theologia doctoris vicarii generalis in spiritualibus et temporalibus Illmi et Rmi dni domini benedicti de Tocco dei et apostolice sedis
gratie vicen episcopi vide mea potestate seu vicariatus constat in posse discreti salvatoris Juniyent auctoritate dicti Illmi et Rmi dni vicen episcopi notarii publici civis vici die sexto presentis
et infra mensis novembris millesimi quingentesimi sexagesimi septimi qui predictis venditionis instrumento ex parte dicti Illmi et Rmi dni vicen episcopi et auctoritate officii nobis com-
misi et quo fungimur in hac parte auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum appositum manu mei Mathie Passanant auctoritate apostolica et Regia ac pro Rdo dno preposito
minorise notarii publici civis et regentis scribaniam publicam dicte civitatis die vigesima sexta mensis novembris anno a nativitate dni millesimo quingentesimo sexagesimo
septimo presentibus testibus Rdo dno Laurentio Calvo presbitero in ecclesia minorise beneficiato et decano minorise et bapiarum predicti Illmi et Rmi dno vicen episcopo et vincentio
portella clerico barcinone Et ideo ego idem notarius memoratus ut predictis fides ubique adhibeatur hic me subscribo et meum appono signum.

Signum Mathie Passanant auctoritatibus apostolica et regia ac pro Rdo dno preposito ecclesie beatissime virginis marie civitatis minorise notarii publici
civis et eo nomine regentis eius scribaniam publicam dicte civitatis qui hec scribi fecit et clausit.

Sit omnibus Notum Os. Ego Montserratus Cadevall traginerius civis minorise Gratis et ex mea certa scientia confiteor et in veritate recognosco vobis venerabilis domino Joanni Cadevall presbitero beneficiato beneficii sancti
Nicolai in ecclesia minorise institutis et fundatis per Nicolaum de Puig tapiatorem civem minorise presenti Quemadmodum infrascriptum de dictis et solutis missis omnes illas ducentum libras barcinonenses pro quibus sive quarum pretio
et ex causa venditionis concesso vobis dicto nomine et vestris in dicto beneficio successoribus pro totum illud censuale mortuum pensionis annue ducentorum solidorum et pretii seu proprietatis ducentarum librarum barcinonensium quod nisi facie
bat et constabat ac facere et prestare tenebatur annuatim prima die augusti honorabilis Anthonius Maris chirurgicus civis minorise una cum quibusdam fideiussoribus in creatione dicti censualis per ipsum factis et firmatis contentis et expecificatis
Modus vero solutionis dictarum ducentarum librarum talis fuit et est quoniam ipsas habui et recepi numerando taliter et de facto per manus honorabilis Joannis vidal depositarii civitatis minorise ad meam omnimodam voluntatem
Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerate non habite et non recepte pretii predicti sicut predicitur non conventi non habiti et non recepti et dolo malo actionique in factum et omni alii iuri rationi et consuetudini contrahendi
repugnantibus quovismodo. Intestimonium premissorum presentem vobis facio apocham de soluto ac bonum et perpetuum me ac pactum firmissimum de ulterius aliquid occasione premissa non petendo et de non agendo vallando stipulationem
solempni in manu et posse notarii infrascripti tanquam publice et auctentice persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et interesse recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti Actum est hoc
in minorise die decima nona mensis julii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo Rdi Petri Arrigo canonici et Nicolai Torres pater predictus qui hec laudo concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Bernardus Rovira alta mercator et Thomas Scade Manyanus civis minorise.

Signum Mathie Passanant auctoritatibus apostolica et regia ac pro Rdo dno preposito ecclesie beatissime virginis marie civitatis minorise notarii publici
civis et eo nomine regentis eius scribaniam publicam dicte civitatis qui hec scribi fecit et clausit.

1567